

zwei, vielleicht selbst drei verschiedenen Bauperioden angehört und der östliche, am Meisten imponirende Keller mit dem schlanken vier-eckigen Säulchen grade der jüngste dieser Keller ist, von keinem Keller aber Anzeichen da sind, daß derselbe einem kaiserlichen Palatium angehört haben könne. Welchem Bauwerke die erwähnte von Süden nach Norden sich erstreckende 1,72 m starke Zwischenmauer zwischen dem östlichen und dem westlichen Keller angehört hat, welche älter ist als die jetzigen Keller, ist schwer zu vermuthen.

Eine für die ältere Topographie der Stadt Paderborn wichtige Urkunde.

Mitgetheilt von C. Spancken.

1336, Mai 1. Paderborn. Bischof Bernhard von Paderborn schließt mit dem Domkapitel einen Vertrag, nach welchem er das vom Domthurme bis zum Abdinghofkloster sich erstreckende Grundstück, auf welchem die Trümmer des bischöflichen Palastes sich befanden, dem Domkapitel zur Erbauung von Kurien überläßt und dagegen die domkapitulariſche Kurie, welche die Bartholomäuskapelle umschloß und an der Nordseite der Domkirche mit dieser zusammenstieß, vom Domkapitel zur bischöflichen Wohnung erhält.

In nomine domini amen. Nos Bernardus dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod matura deliberacione cum honorabilibus viris dominis . . . preposito . . . decano et capitulo, nobilibus, ministerialibus et fidelibus ceterisque ecclesie nostre devotis prehabita, communicato eorum consilio unanimi et concordi, attendentes pallacium nostrum iam annis pluribus desolatum, destructum, edificiis totaliter dissipatum, cuius muri pro maiori parte diruti, ruinam partes relique cottidie comminantur, non posse sine gravi et intollerabili lesione ecclesie nostre reedificari et in statum debitum reformari et, quod pluris est, in loco illo propter ipsius situm detestabilem aliaque disconveniencia et incommoda tam sollempnis pallacii decori et honestati derogancia huiusmodi pontificale pallacium ibidem non congruere restitui aut reponi, propter quod alium locum et spacium videlicet infra ecclesiam nostram versus meridiem usque ad fontes, ubi fluvius Padere medius scaturit, ad tam sollempnis pallacii situm et ipsius structuram, si forsan processu temporis ecclesiam nostram tantum in rebus temporalibus habundare con-

tinget, quod ad huiusmodi suppetant facultates, magis habilem et congruum reputamus, quem locum, spacium et areas circumiacentes usque ad transitum, quo descenditur nunc directe ad dictos Padere fontes, que partim nunc structuris et edificiis occupate existunt et partim iacent vacue et solute, una cum spacio, ubi olim marstabulum episcopale situm fuerat, nobis et nostris successoribus ad talis sollempnis pallacii reparacionem et structuram reservamus. Insuper limpidius considerantes propter proprie habitacionis episcopali dignitati condecantis diutinam in confinio ecclesie cathedralis carenciam multa nobis, predecessoribus nostris et ecclesie nostre iam actu suborta esse incommoda et dispendia, et ampliora posse ex inde nobis, successoribus nostris et ecclesie verisimiliter provenire, quocirca ipsum pallacium cum suis areis adiacentibus, que initium sumunt in parte orientali, ubi muri ecclesiam nostram prope turrim ipsius versus austrum contingunt, et protenduntur in longitudine usque ad curiam monasterii sancti Pauli, et in latitudine ab extrema acie partis aquilonaris ipsius turris diametraliter procedendo usque ad portam, qua per medium dicti pallacii transitur, et ab eadem porta regirando versus occidentem usque ad portam et viam, que ducit ab ecclesia nostra ad dictum monasterium sancti Pauli, insuper areolas et casas dicto pallacio et eius muro versus austrum adiacentes inter murum cimiterii ecclesie nostre predictae et portam antedictam per medium pallacii transeuntem, insuper spacium et areas sitas versus meridiem intra murum, qui curiam episcopalem nostram antedictam a pomerio prefati monasterii sancti Pauli determinat et distinguit infra viam, qua¹⁾ a sepedicta pallacii porta media descenditur ad Paderam fluvium, et in descensu usque ad superiorem murum marstabuli in forma permutacionis et iusti concambii pluribus tractatibus sollempnibus prehabitis, que merito in huiusmodi negociis precedere debent et que de iuris rigore et honestate in talibus requiruntur, in honorabiles viros . . . prepositum, . . . decanum et capitulum ecclesie nostre transferimus, ipsisque incorporamus, appropriamus pleno iure proprietatis et possessionis, ut in eisdem locis et areis mansiones pro suorum canonicorum, vicariorum et familiarium commodo construere possint et de eis disponere, uti pro eorum beneplacito atque frui et gaudere eisdem in omnibus iuribus, emunitate et libertatibus, quibus dictum capitulum, canonici, persone et familiares eorum in aliis curiis ipsorum et mansionibus claustralibus hactenus a retroactis temporibus sunt gavisi, recipientes nichilominus in via commutacionis et directi

1) Borlage: que.

concampii curiam sitam prope ecclesiam nostram et eidem ecclesie nostre contiguam versus meridiem, in qua cappella beati Bartholomei apostoli sita est, ambitui nostre ecclesie predictae adiacentem, que ad capitulum pro mansionibus et commo-
modo duorum canonicorum alias pertinebat, ita ut dicta curia ex nunc in antea in nostra et successorum nostrorum libera dispositione pro habitacione et curia episcopali et commo-
cottidiano perpetuo debeat remanere, considerantes in hoc et in premissis omnibus nostrum nostrorumque successorum et capituli propter vicinitatem loci et habilem accessum et recessum nostrum et successorum nostrorum ad capitulum et econverso capituli ad nos successoresque nostros pro expediendis ecclesie nostre negociis necessariis et tractatibus oportunis utilitatem consistere et hinc inde commodum et profectum.

Ceterum statuimus prehabito et interveniente consilio et consensu dicti capituli nostri, quod per nos et successores nostros locus huiusmodi, spacium, aree, marstabilum et que ad ea, ut predicatur, pertinent, una cum curia predicta, in qua cappella antedicta sita est, in toto vel in parte quocunque quesito colore, modo vel ingenio distrahi vel perpetuo alienari non debebunt, nec capitulum ad nostram vel successorum nostrorum aut cuiuslibet alterius requisicionem, instanciam et voluntatem id consenciet vel permittet, quod eciam capitulo nostro id nobiscum approbante nostris et eorum successoribus, prelati, prioribus et communitati iniungimus et sub interminacione anathematis et eterne maledictionis ipsis districtius inhibemus, ita quod hic locus et spacium aree cum curia nostra, ut premittitur, debebunt ob spem reparacionis pallacii pontificalis ibidem in omnem eventum in nostra et successorum nostrorum dispositione, prout hactenus fuisse dinoscuntur, perpetuo remanere, salvis tamen graciis aliquibus personis singularibus in quibusdam areis predictis iam actu ad tempus datis et concessis per nostras et predecessorum nostrorum litteras de consensu dicti capituli nostri desuper traditas, quas in suo robore volumus permanere. Sed nulli ammodo ex parte nostra, successorum nostrorum aut capituli vel alicuius alterius aliqua gracia in dictis areis concedatur, nisi tantum ad vitam unius persone, nec aliqua arearum predictarum exponatur, obligetur, locetur, seu alias occupari ab aliquo permittatur pro pecunia, cuius summa ultra decem marcas denariorum Padeborne legalium se extendat, et in ea forma et statu conservari debebunt aree memorate, quod inquilini arearum ipsarum et mansionum desuper constructarum, recepta tamen prius pecunia sua tali, ut premittitur, que ipsis per nos aut successores nostros pagari debebit, dum pallacium ipsum construere aut predictum spacium

ad huiusmodi structuram disponere volumus, cedere teneantur spacium et areas huiusmodi nobis et successoribus nostris vacuas et liberas relinquere. Preterea spacium medium inter nostras et dicti capituli nostri curias et mansiones superius designatas erit liberum, emune et exemptum pristina libertate ad exercendum in eo processiones sollempnes debitas et consuetas aliaque parlamenta et negocia pro voluntate episcopi, sicut hactenus consuetum est, ibidem peragenda licita et honesta, nec debebunt ibidem deponi per aliquos res fetide sive viles. Personis eciam capituli et eorum familiaribus in dictis mansionibus et curiis morantibus dictum spacium commune erit ad transeundum et ad introitum et exitum suarum mansionum, iurisdictione et conservacione libertatis dicti spacii intermedii et correctione excessuum cum aliis iuribus et consuetudinibus, prout hucusque habuimus, nobis et successoribus nostris reservata.

Preterea ordinamus, quia cappella in superiori pavimento veteris pallacii supra portam in honore sanctarum undecim milium virginum olim dedicata et constructa, alias per incendium totaliter dissipata, non habet ibidem fundamentum in terra ad reedificandum stabile sive firmum, reliquiis ibidem reconditis ante plures annos per predecesores nostros ad loca alia sancta translatis, et quia spes aut presumpcio aliqua de reparacione ipsius pallacii aut cappelle ibidem non fuerat nec existit, quocirca dotem et redditus ipsius cappelle ad cappellam beati Bartholomei predictam transferre decrevimus, quos eidem eciam propter reddituum ambarum cappellarum earundem ad dispositionem episcopi pertinenciam tenuitatem unimus et incorporamus auctoritate ordinaria nomine dotis perpetue pleno iuri, ut hec cappella curialis et cappellarius eius sub dispositione episcopi pro tempore existentis ad ipsius commodum cottidianum et libitum decetero perpetue habeatur. In premissorum omnium robur et evidens testimonium nostrum et dicti capituli necnon honorabilium virorum . . . abbatis monasterii sancti Pauli et decani ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum in Padeborn sigilla presentibus litteris sunt appensa. Nos vero prepositus, decanus et capitulum de communi, concordati atque unanimi consensu omnium nostrorum in ordinationem super commutatione et distinctione arearum, curiarum spacii et locorum predictam voluntarie consencientes eam in omni modo et forma, prout premittitur, ratificamus et presentibus approbamus, et in testimonium nostre voluntatis, consensus, ratificationis et approbacionis atque omnium premissorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Nos eciam Bertoldus abbas et Ecbertus . . . decanus predicti ad instanciam

reverendi in Christo patris et domini nostri Bernhardi episcopi necnon prepositi, decani et capituli predictorum pro testimonio omnium premissorum sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Actum Paderborne presentibus honorabilibus viris dominis Bertoldo, abbate predicto, Bertoldo priore monasterii sancti Pauli, Ecberto de Asseborch, decano antedicto, Johanne de Selinctorp, scholastico et magistro, Mathia de Buren, thesaurario, canonicis ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum, Johanne, preposito sanctimonialium sancti Udalrici, Amelungo de Driborch, plebano forensis ecclesie, Ottone de Rethberg, comite, Bertoldo et Bertoldo dominis de Buren nobilibus, Hinrico Bolemast, Ravenone de Driborch, Lutberto dicto Westfal, Lodewico Post, Frederico de Brenken, militibus, Wilhelmo, Wilhelmo (et Johanne)¹⁾ de Vernede, ministerialibus et castrensibus ecclesie nostre, Johanne Erenfridi, Alberto de Scerve, proconsulibus, ceterisque consulibus civitatis Paderbornensis et aliis quam pluribus fidedignis, pro testibus ad premissa vocatis, atque datum anno domini millesimo CCCXXXVI. Kalendas mensis Maii.

Münster, Kgl. St. A. Fstth. Paderborn No. 625.

Original auf Pergament. Die vier wohl erhaltenen Siegel in braunem Wachs hängen an Hanfschnüren.

Eine von einer zweiten Ausfertigung des Originals genommene Abschrift findet sich im Urkundenbuche der Stadt Paderborn fol. 144—147.

Die Universität Paderborn.

Die folgenden Zeilen haben den Zweck, empfehend hinzuweisen auf ein litterarisches Werk, von welchem der erste Band vor kurzem in Verlage der Junfermannschen Buchhandlung (H. Pape) in Paderborn erschienen ist: Geschichte der Universität Paderborn von Prof. Dr. Freijen.

Die 1614 durch den bekannten Fürstbischof Dietrich v. Fürstenberg gegründete Universität Paderborn hat als solche bestanden bis 1844, wo sie in eine philosophisch-theologische Lehranstalt verwandelt wurde. Daß die Geschichte dieser Hochschule, welche beinahe drei Jahrhunderte

¹⁾ Fehlt in der Vorlage, ist nach der Abschrift im U.-B. der Stadt Paderborn ergänzt.